



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. XI. De Legitimatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

mortuus est, repelluntur à successione patris, non tamen à legitima excluduntur, idem confirmat *Autb. hoc amplius. C. de fideicommissi. Ubi filius, qui monitus à iudice voluntatem defuncti intra annum non implevit, privatur quidem successione, nihilominus tamen legitimam consequitur. Exempla alia vide agud Salicet. in d. *Autb. novissima numero 12. vers. quinto quia mater. C. de inoff. testam. & consil. 453. num. 3. vers. quia propter. inter Consil. Bald. vol. 1. Corn. consil. 290. lit. L. vers. & hoc quidem. col. 2. vol. 3. quapropter regulam de jure antiquo, exempla verò adducta secundum jura Authenticorum novissima intelligi debere concludit idem Pacian. d. *consil. num. 57.***

Deinde limita hoc axioma, si concurrere non possint; secus ergo si succedere possint sed nolint, uti faciunt illi, qui repudiant hereditatem in gratiam ceterorum. *Carpz. P. 3. C. 10. def. ult.*

II.

Quæcunque ab eo, cui succeditur, non profecta, illa in legitimam non computantur, *l. 20. C. de Collat.* quia illa quoque non conferuntur. Collationis verò ut & imputationis in legitimam eadem utrinque ratio est, ut scilicet æqualitas servetur inter liberos.

Exempl. ita ergo filio qui patri succedit, non computantur ea quæ à matre habet, sicut nec vicissim qui matri succedit, ea quæ à patre habet. *Conf. l. 36. pr. C. de inoff. Testam.*

Limita: ut non procedat affirmativè, v. g. in dote à patre accepta, item in accepto prælegato & donatione remuneratoriâ.

III.

Quicumque non habet jus succedendi ab intestato, ille non habet jus petendi legitimam *l. 6. §. 1. ff. de inoff. Testam.* quia legitima est pars portionis ab intestato debitæ *l. 6. C. de inoff. Testam.* Quodcumque verò Juris est in toto, illud juris est in parte. Ita ergo qui universa hereditatē renunciavit, non poterit Legitimam petere. *Carpz. P. 2. Consil. 35. def. 16.*

IV.

In legitima pater filio præjudicare non potest, *l. omnimodo 30. C. de inoffic. testam. Novell. 115. §. ceterum. Autb. ut cum de appellat. cognosc. Castr. in l. precibus. col. fin. in princ. C. de Impub. substit.* Debetur enim filius jure naturæ, *cap. Raynaldus. de testam. Ludovicus Gomez ad §. fuerit. Instit. de action. num. 9.* Sicut itaque ei apponere onus nequit, ita & immunem ab omni gravamine relinquare debet. *l. 30. l. 32. l. 56. C. de inoff. testam. Dd. in cap. Raynutius de testam. & in l. coheredi. §. cum filia. de vulg. substit. Giphani. ad l. 35. Cod. de inoff. testam. Gail. 2. observ. 19. Berlich. 3. conclus. pñct. 14. n. 3. Dan. Moller. 3. semest. 11. in fin. Ubi Lipsiensis in Scabinatu sæpius ita responsum fuisse testatur Schultz. in *synops. Inst. de inoffic. testam. lit. b.* adeo ut licet quis in legitima instituat, & rogetur, ut mortuo eo, illa ad heredes testamentis scriptos deveniat, non obstante fideicommissio de legitima suo arbitrio disponere possit, *Mat. Coler. decis. 16. num. 11. in fin.* In specie enim provisum, ne in legitima fideicommissum instituat, prout docent Jafon. in *l. fin. §. sed quia. col. fin. l. 7. ad SC. Trebell.* nisi quando reciprocè succederent. *l. 12. Cod. de inoffic. testam. vid. Vultej. consil. Marpur. 29. n. 63.**

V.

Legitimæ defectus ex substantia patris debet suppleri. *l. scimus 39. post princ. vers. repletionem. Cod. de inoffic. testam. Bart. in l. quartam. 91. ff. ad Legem Falcid. n. 13. Carpz. part. 3. Jurisprud. forens. consil. 13. definit. 18. n. 7.*

VI.

Nulla valet dispositio patris, per quam fiat fraus legitimæ. *l. parentibus 8. & l. 6. C. de inoffic. testam. cum liberis jure naturali debeatur. l. 7. in pr. ff. de bon. damnat. l. scripto 7. in fin. ff. si tab. test. extrab. l. 36. §. 2. C. de inoff. test. Carpz. p. 3. consil. 7. def. 24. n. 7. & 8.*

VII.

Legitima non testatoris judicio, sed solius legis beneficio obvenit & debetur, *l. 36. §. 1. C. de inoff. test. l. 6. in pr. C. de secund. nupt. Nov. 1. in prafat. & §. 2. unde debitum & res alienum vocatur. d. l. 36. §. ult. Nov. 18. in pr. Donell. 19. Com. 4. ibiq. Hellig.*

VIII.

Legitima loco alimentorum surrogata est. *Novell. 18. cap. 3. Harprecht. in Comm. ad Inst. §. ult. tit. de inoff. testam. n. 41.* quæ jure naturali tam liberis quam parentibus debentur, nec ullo modo eis denegari possunt. *l. si quis à liberis §. 5. parens 16. ff. de agnosce. vel alend. liber. Harprecht. d. loc. n. 52. Carpz. p. 3. consil. 12. definit. 1. n. 9.* Hinc & argumentum à legitima ad alimenta valere confirmant Ferdin. Valsq. in *tr. de success. creat. lib. 2. §. 20. requisite. 42. n. 341. Sord. de alim. tit. 9. q. 2. n. 27. Carpzov. p. 1. consil. 28. definit. 157. num. 8.*

CAP. XI.

De Legitimatione.

Axioma 1.

Quoties nuptiæ sunt permixtæ, toties effectum habent legitimandi; quia positâ causâ ponitur effectus, & retrahitur hic nativitatis tempus ad tempus nuptiarum.

Exempl. ita si quis antea stupratam post intermedium cum alia uxore matrimonium duxerit, liberi inde antea nati erunt legitimati. E contra filius adulterinus legitimari per subsequens matrimonium non potest.

II.

Quodcumque juris habent filii legitimi, illud juris habent legitimati, per subsequens matrimonium; quia per omnia legitimis sunt æquiparati, *Nov. 89. cap. 1. §. 1.* cum perinde ex justis descendant nuptiis.

Exempl. hinc igitur testimonium natalium ipsis non denegandum. *Carpz. P. 2. C. 6. def. 15. neque ex collegiis opificum sunt excludendi. Carpz. de Consil. 6. def. 12.*

III.

Tantum juris Legitimatæ per Rescriptum principis competit, quantum princeps indulgere voluit

voluit & potuit, ex principis enim voluntate unice dependet hæc legitimatio. Ergo tales legitimati extra territorium nihil juris habent. arg. l. fin. ff. de iurisdic.

Quomodo succedat legitimati, vid. DE SUCCESSIONE AB INTESTATO.

CAP. XII. Legitimi, Soboles iusta.

Axioma I.

Legitimorum jus matrimonio & iustis liberis est consequens, ut filia matri, Henric. Boic. in cap. provenit. qvi fil. sint legit. Casar de Grass. decis. Roman. 176. num. 6. Unde & filii fructus matrimonii dicuntur à Decio conf. 153. col. 2. Socin. jun. conf. 62. num. 38. vol. 3. quos allegat Rot. Rom. decis. 477. num. 2. p. 1. vid. Vult. 3. conf. Marp. 34. num. 54.

II.

Legitimorum causa res est favorabilis. Cardin. Alexand. in cap. causam. num. 13. qvi fil. sint legit. Bertaz. conf. crim. 365. num. 11. vol. 2. qva de causa per præsumptionem legitimi, coitus illicitus & delicti præsumptio excludi dicitur, Card. Alexand. cap. lator. qvi filii sint legit. num. 27. Palacott. in tr. de Norb. & spur. cap. 20. num. 3. & cap. 22. num. 6. in fin. Bald. conf. 437. num. 4. & 5. Capoll. cautel. 118. num. 2. Cott. in memorabil. verb. filius præsumitur legitimus. Socin. sen. conf. 23. n. 19. vol. 1. Menoch. 2. arb. jud. cas. 89. num. 71. & in tr. de præsumpt. præf. 54. n. 20.

III.

Quoties de legitimatione partus quæritur, toties illud tempus est attendendum, quod partui est utilius; cum enim nullum adsit partus delictum, calamitas matris non debet nocere ei, qui in ventre est pr. Inst. de Ingen. & l. 5. §. 12. ff. de statu homin. Exemplum est in d. pr. Inst. de ingen. & in l. nuper. C. de natur. liber.

IV.

Quicumque partus vivus nascitur, in dubio pro legitimo reputandus est, non obstante mensium numero, quia pariendi tempora sunt incerta, & in illis, quæ sunt naturæ, non valet determinatio Legislatoris. Ergo & sex mensium partus pro legitimo habendus. Carpzov. P. 2. Constit. 17. def. 18. sicut & partus duodecimembris.

Limita: modò nulla adsit sinistra opinio.

V.

Quotiescunque requisita matrimonii secundum jus civile adfuerint, toties partus pro legitimo reputatur, quia legitimatio partus non ex statutis sed ex iure communi dependet. conf. cap. 34. X. qvi filii sint legit. ita partus ex præmaturo desponsatorum concubitu, si benedictio sacerdotalis propter mortem alterutrius personæ intervenientem accedere non possit, editus admittitur pro legitimo. Carpz. P. 3. C. 14. d. 10. noviss. Decis. Elect. Saxon. 49.

Limita: modò nullum subfuerit impedimentum, nuptiarum consummationem prohibens.

VI.

Quoties verum præcessit matrimonium, toties filius præsumitur legitimus, non adulterinus.

Ratio: quia legitimitas est effectus matrimonii veri, & in iure is pater est, quem iustæ nuptiæ demonstrant.

Exempl. Hinc igitur, quamvis mater filium adulterinum esse dixerit, ei tamen non creditur. L. Imperatores. 29. §. 1. ff. de probat. Cum mater sua confessione non possit tollere præsumptionem juris.

De Lethalitate vulneris vid. Homicidium.

CAP. XIII.

De Lege.

Axioma I.

Lex est de præcepto, & omnino observari debet, cap. 1. ubi Abbas num. 4. de constit. qualis enim lex erit, si non observetur, & in desuetudinem abeat. l. de quibus 32. ff. de Legib. Carpzov. p. 2. constit. 28. def. 1. n. 6. siquidem ea pro imperfecta & pro ludibrio haberi non debet. Bald. in conf. schism. col. 1. posito sub tit. Cod. si quis aliquid test. prob. fac. text. in cap. commiss. de Elect. in 6. & l. 2. §. sanè. Cod. de liber. & cor. liber. Ludovicus Gomez ad §. fuerat. Inst. de act. num. 28. maximè si iusta & honesta iurique naturæ conveniens sit, cum nihil aliud sit quàm divinitus animis nostris inscripta notio, per viros prudentes in medium prolata, societatis humanæ vinculum, quo dissoluto nulla Reipublicæ tranquillitas retineri, nihilque in toto mundo incommune consistere potest, l. 9. ibiq. Cod. de Legib. qva de causa Leges per ora Principum divinitus prolatas esse patescit ex cap. fin. caus. 16. quest. 3. Hinc quæ Reipublicæ oculos esse dixerit, is profecto ita vocans nihil indecens pronunciarit. Quemadmodum enim res animali maxime est necessaria non titubans oculus, ita & Reipublicæ Legum æquus & rectus status. Novell. Leon. 19. Unde & scita superioris potentie vocantur, quibus in officio continentur, qui suâ sponte officium facere recusant. c. facta. 1. dist. 4. Arnif. 1. de Majest. cap. 3. n. 6.

II.

Quæ contra Leges fiunt, ea ipso jure sunt nulla, l. non dubium 5. ubi Bart. & Bald. C. de Legib. l. cum. lex. 47. ubi Bart. de fidejuss. Idem in l. si ita quis §. ea lege. n. 5. de V. O. Jal. in l. filiusfam. §. Divi. n. 85. de V. O. in 2. lectur. Welenb. 2. conf. 66. num. 3. Fraus enim legibus fieri dicitur, ubi id fit, quod fieri Legislatores noluerunt, fieri tamen apertè non vetuerunt, l. finis 30. de Legib.

Limita, nisi Lex ipsa jubeat actum rescindi, arg. l. 5. de injust. rupt. & irrit. testam. hoc enim casu non sunt ipso jure nulla, sed rescindi dicuntur. Exemplum vide in Novell. 115. cap. 3. in fin. vers. si autem hæc observata non fuerint, ibi: & tanquam in hoc non rescissum &c. Ulbi si exhereditatio